



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Curatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

uar. in clem. si furiosus 2. p. §. 4. nu. 9. dicens, homicidium ex leuissima culpa per commissionem inducere irregularitatem, videntur sentire, teneri quempiam ad restituendum ex leuissima culpa; Syl. restit. 2. q. 4. mercat. de rest. c. 5. P. N. l. 2. c. 1. nu. 57. de dolo, & lata culpa.

Curator, vide Minor.

Curator, & tutor, tenentur ad damnum culpa sua eueniens, quod si cum tenerentur, negotiari omiserunt, possunt pupilli ab eis accipere quinque pro centum.

*Lege Syl. vers. Tutor, Nauar. c. 25. nu. 66.

2 Tutor non impeditus causa iusta tenetur cum Notario quam primū facere Inuentarium.

*Syl. l. c. 6. 7. Fu. Tutela. 4. Mol. d. 223. qui non

nullis Disput. multa de Curatore, & Tutore.

3 Mater per transitū ad secundas nuptias desinit esse tutrix, item que per vitam incontinentem.

*Fu. Syl. l. c. numer. 10. Nau. l. c. 67. Vide Mol. d. 220. col. 1027.

Curatus, vide Parochus.

Curiositas, vide Diabolus.

Mortale peccatum est, velle videre id, aut scire, cuius visio, aut sciētia, in periculū peccādi mortaliter inductura creditur.

*Lege Nau. c. 23. nu. 24 Tol. de 7. pecc. m. c. 12.

num. 7. Caser. vers. Curiositas, & alios.